

itinerarium p. 467, 1), cum Horsleio (p. 114) non sine probabilitate ibi collocabimus *Blatum Bulgium* (aut fortasse *burgium*, ut habet codex itinerarii Remensis). In castris ibi fuisse docent tituli in *Birrens* reperti non pauci una cum anaglyphis nonnullis (cf. Pennant append. p. 409) et reliquis vitae Romanae vestigiis consolitatis *cohortem II Tungrorum* (n. 1064. 1065. 1068. 1070. 1072. 1073. 1074. 1078), quam supra vidimus etiam Amboglannae tetendisse (cap. LII), et *cohortem I Nervanam Germanorum*, item iam notam ex alia valli Britannici statione, cui nomen fuisse coniecimus Gabrosento (cap. LVI). Neque casu fortasse accidit quod stationes illae valli Britannici ambae sitae sunt in valli eius parte occidentali non nimis procul a *Birrens*. In castris muniendis occupatas fuisse vexillationes legionum sextae et vigesimae videntur indicare tituli n. 1075. 1076.

Paulo ulterius versus *Lockerby* ad eiusdem viae Romanae tramitem, m. p. Anglica  $2\frac{3}{4}$  a *Birrens*, alia castrorum Romanorum, ut videntur,

**1061** Rep. in *Falkirk* (catalog. mus.), empta in *Birrenswark*, a. 1857; in museo Edinburgensi (H. 163). Arula, litteris evanidis, in postica serto, in latere laevo pharetra, in dextro re incerta (fortasse arcu) ornata.

DEO APOLLI  
.. CF ..  
I...C...  
C.....ID v  
5 EC....I

Descripsi ut potui.

**1062** *Birrens* prope *Middleby* GALE. *Lately discovered in the ruins of the Roman station at Middleby, called the Bearnes* HORSL. In *Hoddam Castle* PENN. Purchased by the late Sir John Clerk of *Pennyquick* near *Edinburgh* GOUGH (PENN.). Edinburgi in museo (H 160). Est cippus in formam aediculae exornatus. Litterae bonae sunt saeculi secundi.

femina alata stans, capite galeam turritam et foliis ornata,  
d. hastam s. globum gerens;  
vestita est tunica talari et paludamento. Ad sinistram scutum  
in terra adstat

BRIGANTIAE · S · AMANDVS  
ARCITECTVS · EX · MPERIO · IMP

Contuli et ectypum accepi ab Henrico Stuart. R. Gale apud Gordon it. sept. add. p. 28 tab. 58 fig. 1 (Hutchinson *Durham* 1 p. V ss.); Clerk diss. de monum. quibusdam Rom.; Horsley p. 341 *Scotl.* 34 (inde Goughs *Camden* 4 p. 61 tab. 1 fig. 1; Hodgson 2, 3 p. 252; *Bullett. archeol. Napoli.* 4, 1846 p. 32; Newton p. 119, 125; C. L. Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 238, 39; Henzen 5881); Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 410; Stuart p. 124 tab. 2 fig. 3.

1 BRIGANTIE Horsleii tabula male. 2 IMP·I Gord., IMP·I Clerk, Horsl., IM Stuart in tabula; equidem in lapide et in ectypo IMP clare vidi, sed utrum aliud praeterea unquam pone P litteram fuerit elementum necne diiudicare nequivi. De *imp(eratore) Iuliano* cogitavit Gale, inepte; *imp(enderit) simpliciter* (omisso ultimo elemento, quod fortasse incertum putabat et ipse) proposuit Horsleius, ex *imp(erio) i[m]p(sius)* Grotefendius, *imp(ensa) [s(ua)]* Henzenus, ex *imp(erio)*. *Imp(eratum) [f(ecit)]* Mommsenus (apud Henzenum), quo nihil invenio probabilius.

*Brigantiae s(acrum) Amandus architectus ex imperio imp(eratum) [f(ecit)]*

**1063** *Birrens*, a very plain altar addressed to Fortune, servata in *Hoddam Castle* PENN. Ibidem apud Carolum Kirkpatrick Sharp WILS. Deinde erat Edinburgi in collegio; nunc est ibidem in museo (sine numero?) (STUART ed. II). Litteris bonis.

FORTVNAE  
COH · I ·  
NERVANA  
GERMANOR  
5 ∞ · EQ ·  
V L M

Descripsi. Pennant *tour in Scotland* append. p. 409 (inde Goughs *Camden* 4 p. 62; Hodgson 2, 3 p. 253; Newton p. 114, 71a inde Stuart ed. II p. 128); Wilson *prehistoric annals* p. 399; C. R. Smith collect. ant. 3, 1854 p. 204 tab. 23 fig. 3 (inde I. Becker mus. Rhen. 13, 1859 p. 257).

3—5 NERM·GER·EQVI Penn. 5 EQ (omisso ∞) Wils. 6 Ego solus vidi.

*Fortunae coh(ors) I Nervana Germanor(um) (miliaria) eq(uitata) v(otum) l(ibens) [m(erito)]*

**1065** *From Birrens, preserved at Hoddam Castle* PENN. Ibi videtur periisse; erat ara.

DEAE  
H A R I M E L  
L A E · S A C G A  
M I D I A N V S  
5 A R C X V S L L M

Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 406 et in tab. (inde Goughs *Camden* 4 p. 62 tab. 2 fig. 1; Hodgson 2, 3 p. 252; Stuart p. 128 tab. 2 fig. 1; Henzen 5892).

4 MIDIAHVS traditur. 5 Dedi ut traditur; *arc(itectus) [e]x* Henzen, *arcar(ius)*, cohortis videlicet II Tungrorum, videtur praestare. Male C. F. Hermannus (*Götting. gel. Anz.* 1846 p. 1415) triremis nomen in titulo Orelliano n. 3625 allegavit. Praeterea x fortasse nihil est quam punctum ornatum, nisi latet 7 centuriae nota. De ARGENTI [P(ondo)] v cogitabat Mommsenus.

*Deae Harimellae sac(rum) Gamidia[n]us arc(ar(ius)) v(otum) s(olvit) l(ibens) l(aetus) m(erito)*

**1066** *Birrens*, a. 1815 desumpta ex muro ecclesiae veteris in *Hoddam*. Ara alta ped. 4, lata ped. 2

I O M  
COH · I · NERVANA  
GERMANOR · ∞ · EQ  
CVI PRAEEST L FANI  
5 VS FELIX TRIB

Wilson *prehistoric annals* p. 400 ex schedis Irvine. V. 4 scribendum FANNI|VS.

reliquiae supersunt, *Birrenswark* (vel *Burrenswark*) dictae (Roy p. 72 tab. 16. 25; Stuart p. 132). Qui inde dicuntur oriundi esse tituli duo mutili (n. 1061. 1079), eos cum Birrensibus coniunxi. Etiam si enim castra illa non temporaria tantum fuerunt, ut Horsley et Roy ex forma eorum concluderunt, id quod equidem vix diiudicaverim, tamen tituli illi duo facile possunt tempore posteriore e vicina *Birrens* eo delati esse nescio qua causa. Idem accidisse certum est titulo n. 1071 in *Burnfoot* prope *Ecclesfechan* detecto, quem ad castra Birrensia pertinere numerus militum docet. Quae praeterea in *Birrens* reperta sunt fragmenta instrumenti ex auro et argilla (etiam cohortis II Tungrorum nomen repertum esse dicitur in dolii, ut videtur, fragmento), ea infra recensimus. Falsum esse titulum n. 13\* male, ut puto, ad *Birrens* relatum demonstratione vix eget.

Quae praeterea in ea Scotiae regione dicuntur extare castrorum vestigia, veluti ad *Raeburnfoot*, *Carstairs*, *Paisley*, hic omittenda sunt, cum tituli inde provenerint nulli.

**1064** *Birrens*. The lower half of a small statue of Fortune on a pedestal, servata in *Hoddam Castle* PENN.

Fortunae  
stantis  
pars in-  
ferior  
FORTVNAE Red. pro  
SALVTE P CAM mi  
ITALICI PRAEF Coh ii  
TVN · CELER · LIBER sic  
5 L L M

Pennant *tour in Scotland* 1772 vol. 2 append. p. 407 in tab. (inde Goughs *Camden* 4 p. 62 tab. 1 fig. 7; Hodgson 2, 3 p. 253; Stuart p. 129 tab. 2 fig. 6), cuius supplementa retinui, cum probabilia sint. Initio v. 5 videtur nihil deesse.

4 CELEP Pennantii tabula, CELER eius transcriptio.

*Fortunae r[ed(uci) pro] salute P. Cam[mi] Italici praef(ecti) coh[ortis] II Tun(grorum) Celer liber(tus) l(ibens) l(aetus) m(erito)*

**1067** *Birrens*, rep. a. 1814 in a small vicinal camp on the banks of the Kirtle, near *Springkell*, the elegant mansion of Sir I. H. Maxwell, Bart.

I O M  
... NINVS  
.. I FECIT  
P P

Wilson *prehistoric annals* p. 400 ex schedis Irvine, vv. non divisus.